

quieta et pacifica possessione habuisset, succedente tempore onere debitorum nimium gravatus, nobis per se et per alios instanter supplicavit, quatenus ad quendam contractum, prout infra scribitur, quem cum fratre suo Nycolao dicto Went, cive in Kamencz, facere conabatur, quo mediante a debitis absolvi sperabat, nostrum cōsensum adhibere dignaremur. Nos vero dicto domino Petro super pressura sua et gravamine debitorum con- 5
paciētes, cum scitu et consilio civium in Kamencz, quorum interest, una nobiscum dicti hospitalis utilitatibus providere, contractum super molendino prefato inter dictos fratres conceptum fieri admisimus et presentibus favorabiliter indulgemus. Contraxerant autem mutuo sub hac forma. Prefatus dominus Petrus molendinum dictum, quod ad vite sue tempora suum erat, vendidit fratri suo Nycolao Went predicto pro duodecim marcis sibi 10
jam integraliter persolutis, tradendo sibi, scilicet Nycolao, possessionem ipsius molendini per tres annos continuos, quibus elapsis si ipse dominus Petrus fratri suo Nycolao vel suis heredibus si, quod absit, decederet, reddiderit persolvendo, extunc molendinum suum liberum ut antea rehabebit, extunc eciam super fructibus hiis tribus annis perceptis et sumptibus in edificiis et aggere et aliis necessariis contractis inter ipsos fratres nulla mo- 15
veatur litis contrarietas, quia ipsorum amici, nulla seu neutra parte contradicente, discutere hujusmodi et medium invenire tenebuntur. Si autem dominus Petrus predictus post tres annos dictam pecuniam, scilicet duodecim marcas, solvere obmiserit vel neglexerit, extunc dictus Nycolaus et sui heredes vel successores sepe dictum molendinum vero et justo empconis tytulo emptum et comparatum, omni impedimento semoto, perpetuo here- 20
ditarie possidebunt et singulis annis perpetuis temporibus unam sexagenam grossorum census, sicut et in quolibet anno predictorum trium annorum, nostro hospitali seu rectori ejusdem, qui pro tempore fuerit, solvere tenebuntur. In premissorum omnium testimonium et robor presentibus ambo nostra sigilla abbatisse et conventus duximus appendenda. Insuper pro majori certitudine et evidēcia sigillum civium in Kamencz eciam presentibus 25
est appensum. Datum anno domini m° ccc° lv° in die beati Viti martiris, adhibitis testibus discretis viris dominis Nycolao in Kamencz, Petro in Byzschofsheym, Nycolao in Elstrow, Philippo in Crosticz plebanis, necnon providis viris Johanne Rudegeri, Johanne Friczconis, Henzcilino Arnoldi, Sydilino, civibus in Kamencz, et aliis pluribus fide dignis.

22.

30

Kaiser Karl IV. bestätigt mehrere von dem Kamener Bürger Heinrich Kost zur Dotation eines Altars in der Pfarrkirche der Stadt erworbene Zinsen. Prag, 1355 Aug. 23.

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Kamenz No. 157 mit beschädigtem S. an Pergamentstr.

Ann.: In dorso: R^m Martinus.

Karolus quartus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus 35
et Boemie rex notum facimus || tenore presencium universis, quod cum dilectus fidelis noster Henricus dictus Kost, civis in Kamencz, ob divini nominis || cultum pro instauratione et dotacione altaris in ecclesia parrochiali in Kamencz certos redditus seu bona,